



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De columbis, quibus miles dedit licentiam auolandi, cap. 57.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

C A P V T L V I .

Matrona quædam beatum Thomam Cantua- *Miracu-*
riensem plurimum diligens, assiduis infirmi- *lū de ani-*
tatibus laborabat, & cū doloribus angeretur, *malibus,*
eundem martyre his verbis inuocabat: *Sancte, inquit, & primō*
Thoma, adjuua me. Habebat autem nescio cuius ge- *de aubus*
neris auiculam, quæ ex assiduitate audiendi, eandem
absolutè satis proferre didicerat orationem. Die qua-
dam, miluus extra domunculam eam videns, rapuit, &
anolauit: in ipso raptu, dum vnguibus illius auis pre-
metetur, cunctis qui aderant audientibus, clamauit
de aëre: *Sancte Thoma adjuua me.* Ut autem mirabi-
lis Deus martyris sui merita gloria demonstraret,
miluo, ut auiculam dimitteret, præcepit: quæ sta-
tim cum multa alacritate rediit ad dominam, & ille
rapinæ suæ pœnam luens, mortuus cecidit in terram.
APOLLONIVS: *Quid est quod sanctus succurrerit pe-*
ficitanti auiculae, & non ægrotanti famulae? **CÆSARIUS:** *Quia illa aliam vitam non habebat, quam ista*
expectabat. Voluit etiam ei ostendere, quod dilatio-
*curationis eius non foret ex impotentia, sed ex prouid-*2. Cor. 12*
éria; quia virtus in infirmitate perficitur. Audi aliud
miraculum.*

C A P V T L V I I .

Miles quidam, Anselmus nomine, de villa Li-
sere, columbas plurimas nutrire solebat: di-
ctum est ei, quia grauiter nutriēdo illas pec-
caret, eo quod sara & granaria laderet pro-
ximorum. Die quadam, eis ad comedēdum annonam
projiciens, cùm omnes essent in vnum coram eo con-
gregatæ, clara voce, cunctis qui aderant audientibus,
dicebat: *Vos colubæ, si Dei volūtas est ut penes me ha-*
bitetis, manete; sin autē, præcipio vobis in eius nomi-
ne, ut statim recedatis. Ad q̄ verbum mox omnes co-
lumbæ simul se leuantes, simul auolauerūt, neq; vtrā
reuersæ sunt ad illa domicilia. **APOLLONIVS:** *Quo-*
modo ibi manerē potuerunt contra voluntatem di-
uinam? **CAESARIUS:** *Nō fuit Dei volūtas, ut miles eas-*
dem columbas nutriri, non tamen cōtra Dei volun-
tatem

Ps. 113. tatem ibi esse poterant; Voluntas Dei potentia eius est, vnde in psalmo: Omnia quæcunque voluit Dominus fecit, in cœlo & in terra, &c. Putas Deo placere, cū Nisi, Accipitres, Grues, & cæteræ huiusmodi aues, ad leuitates nutriuntur? Absit: possunt tamen aliquæ, ut puta ciconiæ, ad necessitates a religiosis nutriti siue hospitari, de quibus propter occasionem miraculū tibi recitabo.

CAPVT LVIII.

A pud Cistercium, vbi caput est ordinis nostri, plurimæ nidificant ciconiæ: quod ideo a fratribus religiosis permittitur, quia per illas non solum monasterium, sed omnia in circuitu loca, ab immundis vermbus mundantur: hyeme appropinquaret recedunt, & tempore certo redeunt. Die quædam, cùm acies suas ordinassent ad peregrinandum, ne hospitalitatis concessæ immemores esse viderentur, conuentum, qui eadem hora in agro laborabat petentes, eumque crebrius grutillando circumvolantes, omnes in admirationem verterunt, ignorantes quid peterent. Ad quos Prior: Puto quod licentiam petant recedendi, eleuansque manum benedixit eis: Mox mirum in modum cum multa alacritate simili auolantes, monachis exequitibus in viam, qui regularem benedictionem accipere siue expectare parviperdunt, magnam verecundiā incusserunt. **APOLLONIVS:** Quid dicturi sunt homines rationales Dei dono integrati, cùm audierint columbas obedire, ciconias integrari? **CÆSARIUS:** Hoc est quod Dominus per lemmiam Prophetam populo suo Israël improberat, dicens: Turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini. **APOLLONIVS:** Vbi habitant aues istæ in hyeme? **CÆSARIUS:** In locis viisque calidis.

CAPVT LIX.

Sicut mihi retulit quidam sacerdos, pater aliquis familiæ plurimos habens nidos hirundinum in domo sua, & hoc ipsum, de quo tu quæris, disceperede